

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertationem Moralem De Norma Actionum Humanarum  
Indultu Facultatis Inclytiae Philosophicae In Celeberrima  
Academia Lipsiensi die VII. Maii Ann. MDCXCIIIX. H. L. Q.  
C. sub Praesidio Dn. M. Joh. ...**

**Lipsiae, 1698**

**§. IV**

**urn:nbn:de:bsz:31-102642**

est. Et id quidem inter utrumque interest, quod prior illa facta est, haec autem juris. Unde cosequitur, si quis non nisi metu periculi alicujus voluntati pareat, eo ipso jus alteri nullum acquiri, sed posse eum ob deficientem obligationem quasvis jugum tale excutiendi vias jure periclitari. Secus autem se res habet cum actibus ab obligatione proficiscentibus; horum enim omissio cum intrinseco seniu iniquitatis, & aberrationis à norma, est conjuncta. Add. Pufendorf. d. J. N. & G. L. I. C. VI. §. 10. & d. Off. H. & C. L. I. C. II. §. 5. His ergo sententiis rejectis, jam ad nostram explicandam accedimus. Desideramus ergo cum Pufendorfio ad subjectum obligationis activum duo requisita, (1.) ut sufficientes vires habeant, malum aliquod cum effectu intentandi, si voluntati non satisfiant. (2.) Ut allegare justam rationem queat, per quam alter ad sponte ipsi obediendum impelli debeat; Neurum enim solitariè sufficit. Non sola vires, quod antea demonstravimus; nec sola rationum allegatio; cum in contranitentibus res effectus habere non possit, sed, quod injunctum est, negligi impunè queat. Et hinc Plutarchus de Colone memorat, ipsum maximas res gessisse, οὐαὶ βιβλίῳ καὶ δίκαιη σύναρποσσας, vim simul & justitiam conjungens. Et meritò nihil efficacius prædicat Pufendorfius in rebus humanis, quam quod Scylla de Minoë dicebat ap. Ovid. Metamorph. 8. *Causaque valet, causamque iuvantibus armis.*

#### §. IV.

Denique in definitione exprimitur *finis legis*, qui est, ut *Subditi juxta eam actiones suas componant*, seu ut sciant refrænare, laxum illud, quod in voluntate est, agendi arbitrium; seqve ad certam partem in operando determinant. Ut verò determinatio hæc fieri, & lex vim suam exercere possit, requiritur, ut homo aetate natura & compos sue mentis sit. Quod si enim vel ratio, ut in infante, se nondum exerat, vel in exilium furore acta sit; frustra in tales hominem obligationem ad legem præscriptam servandam introducere quis annitatur. Sciendum enim est, ut lex vim suam in dirigendis hominum actionibus exerat, cognitionem in iis requiri, tum legislatoris, tum ipsius legis. Et legislatoris quidem cognitio cur adesse debeat, ex iis, quæ anteā disputavimus, apparet;

B

ut ni-

ut nimis subjectum quod obligari lege debet, sciat, an, qui obse-  
quium desiderat, & vires huic instituto proportionatas, & impe-  
randi justas causas habeat; Cūm verò duplicis generis leges dentur,  
vel naturales, vel positivæ, inde de utrarumque etiam latore seu au-  
tore constare debet. Esse autem DEUM autorem legum natura-  
lium, ex lumine ipso naturæ cuivis haud difficile est colligere.  
Cūm enim DEUS hominem ad socialitatem cum aliis ejusdem spe-  
ciei in hac vita vivendum destinaret, necessum fuit, inscribere i-  
psum etiam ejus animo tales leges, juxta quas actiones suas dirigen-  
do finem illum attingeret. Cūm naturaliter evidens sit, velle can-  
dēm etiam fini proportionata media, qui ipsum finem intendit.  
Ut autem leges positivæ vim suam directivam in moderandis subdi-  
torum actionibus exerant, cognosci debet itidem cūm legislator,  
tum tenor ipse legis. Nam nec sufficit, legem præscribi, nisi simul pa-  
tescat, eam ab illo proficiisci, qui summo imperio in civitate gau-  
det; nec satis est, de legislatore constare, nisi mens & sententia  
ipsius legis sit perspecta; cūm frustraneum fuerit, subditis obliga-  
tionem injungere velle, nisi simul ad quid obligentur, ipsis pate-  
fiat. Potest autem notitia legislatoris variis modis acquiri; Et  
quidem (1.) si oretenus legem quam fert, promulget, seu profe-  
rat; ut si Princeps certo aulicorum ordini, puta Consiliariis, in san-  
ctiori Consilio legem præscribat; ubi vel ideo de legislatore dubi-  
tari non potest, quod ipse visus, & aurum auditus ejus notitiam  
ingerit. (2.) Si ipse quidem legem voce suâ non promulger, sed  
eam tamen in autographo configner, seu suâ manu in scripturam  
redigat, vel saltē sigillum suum apponat, nomenque sua manu  
subjungat; quamvis enim & hic possibile sit, fraudem subesse; id  
tamen non præsumendum. Neque enim in quoquam facile tam  
nefandi facinoris ausus præsumendus, ut Principis manum imitari,  
ut ejus sigillum surripere, vel in manibus suis existens contra ejus  
voluntatem adhibere conetur. Hinc si de facto quis de promulgantio-  
nium fide, sine gravi & justâ causa dubitet; lex cum nihilominus ob-  
stringit; cūm sibi imputare debeat, quod tam inanem sibi scrupulum  
obrepere passus est. (3.) Si alietui deleget seu committat potestate,   
legem suo nomine promulgandi, quod plerumque sit per Magistra-  
rus

tus cuiusvis loci ordinarios; ubi distingvendum, an promulgandi  
hoc munus cum officio, quod promulgantes in civitate gerunt, re-  
gulariter conjunctum sit, nec ne. Illo casu eorum fides temerè in  
dubium non est vocanda; sed obligat lex, donec de contraria.  
Principis voluntate evidenter constet. Hoc autem casu secus est;  
Neque enim iis fides habenda, donec constet, promulgandi legem  
munus specialiter ipsis concessum esse. (4.) Si lex in judiciis recipia-  
tur, & secundum eam pronuncietur; sic enim innotescit saltem  
præsumptivè eam à Majestate manare. (5.) Si nihil in legibus sit,  
quod Principis autoritatem labefactare, aut ejus Juribus Majestati-  
cis aliquid detrahere videatur. Secus enim si fuerit, præsumtio erit,  
legem talem à Majestate non prodiisse, utpote quæ in sui detrimen-  
tum nihil tale factura censetur. Et hi sunt præcipui modi, quibus  
autor legis innotescit; Ipsius autem legis tenor cognoscitur, si (1.)  
lex lingvâ cæ conscripta sit, quam subdit omnes, quos obligare illa  
debet, intelligunt. (2.) Si verbis perspicuis, & ad vulgi captum  
accommodatis concepta sit. (3.) E loco tali, unde omnibus pos-  
sit innotescere, proponatur. Inepte enim valdè fecit *Caligula*,  
qui, *Dione Caesiō teste*, ex edito loco conscriptas leges proponere  
consuevit. Ceterum, si quæ obscuritas in lege sit, interpretatio  
à legislatora petenda est; Nam juxta vulgatum: *Quisque optimus  
verborum suorum interpres est*; & talis interpretatio *authentica*  
vocatur. Verum quia id Majestati valdè molestum foret, si ob  
exiguam quamvis obscuritatem continuò adiretur; hinc Jurispru-  
dentes constitui solent, qui occurrentes in lege difficultates rectè  
interpretatione expediant. Et hæc interpretatio dicitur vulgo *doctrinālis*,  
quia subsidio doctrinæ fit à Doctoribus seu prudentibus legum,  
& constitui solet triplex; *simplex, extensiva, & restrictiva*. *Simplex*  
adhibenda interpretatio, quando verba & mens legis aperta & cla-  
ra sunt; tum enim simplice paraphrasi, ut ita dicam, seu declara-  
tione opus; unde & *declarativa* audit. Quando autem verba le-  
gis non tam latè patent, atque mens ejus & sententia; seu quando  
plus sensit legislator, quam scripsit, tum interpretatione *exten-  
siva* utendum est, & stricta verba legis extendenda sunt ad alios ca-  
sus propterè, quod ratio legis ad eos quadrat; *Quod fieri dupli-*

citer potest; vel ita, ut similis in obvenientem casum ratio cadat, & hanc J.Cti Romani *formalem* dicunt; vel eadem planè aut major etiam ratio in eo occurrat, quam *virtus* dicunt. *Restringenda* interpretatio legis tum adhibetur, quando verba legis latius patent, quam ejus sententia; seu quando plus scriptit legislator, quam sensit; tum enim verba laxa coercenda, & ad certos solū causas restringenda sunt. *Usualis* etiam datur legis interpretatio, quando nempe certam interpretationem usus recepit & comprobavit; unde & optimum legis interpretētē usum J.Cti Romani vocant.

§. V.

Lex est vel *imperfecta* vel *perfecta*. Illa dicitur, quæ prescribit, quid faciendum vel omittendum sit, sine adjecta in transgressorem poena; qualis fuisse dicitur Lex *Cincia*, in cuius fine hac clausula habebatur: *Qui secus fecerit, improbe fecisse videbitur.* Ubi tamen vide in contrarium euntem *Pufend. d. J. N. & G. L. I. C. 6. §. 14.* Regulariter itaque omnis lex perfecta est; seu in ea non solū, quid faciendum vel omittendum sit, prescribitur, sed & poena constituitur, quæ aberrantem ab ejus norma manere debeat. Quæ pars legis posterior *sancio* alias à J.Cti vocatur. Nimirum duarum harum partium una non potest absque altera esse. Nec enim sufficit prescribere alicui, juxta quam regulam metiri suas actiones debeat; sed præterea desideratur, ut aliquid sit, quò ad agendum legi conformiter subditū impelli possint; Neqve satis est, penam alicui intentare, nisi is simul sciat, in eius actionis commissione, vel omissione ea metuenda sit. Ceterū vis obligandi, seu strigendi alicujus conscientiam, & facultas malum in casum transgressionis repræsentandi, est in legislatore, seu eo, qui summo imperio in civitate gaudet. Quamvis executio poenæ in legis violatores statute sepe numerō soleat etiam aliis, utpote regularites Magistratis concedi.

§. VI.

Objectum seu materia legis sunt (1.) *Res indifferentes* & *arbitrarie*; nisi per posteriorem legem prioris decretata confirmantur. (2.) *Possibles*, & quidem tam *physicæ*, seu per rerum naturam tales, quam *moraliter*, h.e. ut nihil turpitudinis involvant; Haec enim morali-

li asti-